

*PERMISSIO.*

**V**ILO Procuratoris Regis consensu, supra dictum Librum, typis mandati Sumptibus LAURENTII ANISSON, concedimus: & ne quis ultra concessam ei facultatem denuo excudat prohibemus. Lugduni die 19. Octobris 1669.

*DE SEVE.*



*DE PROCVRANDA  
INDORVM SALVTE.  
LIBER PRIMVS.*

*Quod Predicatio Euangeli apud Barbaros eti difficultas, tamen & necessaria, & fructu plena existat.*

*CAPVT PRIMVM.*

*Quod non sit desperanda salus Indorum.*

**S**ALVTEM Barbarorum, Fideique propagationem, qui lögè positi sunt, ac rem voto suo metiuntur, facilem ac speciosam prouinciam arbitrantur & cum innumerables populos hoc altero orbe diffusos breui tempore ad Christi nomen transisse audiunt, vberem copiosamque messem non multo negotio ex hoc agro sibi persuadent. Ita saepe accidit, ut qui ad opus accedant, tunc de manipulis & horreis cogitent, cum de aratro & semiente deberent. Contra qui periculo factò pro-

A plus

*DE*

DE PROCVRANDA INDORVM

pius rem viderunt, atque tractarunt, tot talesque difficultates offendunt, ut plerique labore vieti penè desperatione frangantur, & sudores quidem magnos & diurnos, frumenti vero vel nullam, vel peregrinam esse contendunt. Mibi vero si quiet melius & viilius sapere donatum sit, utraq; tentativa corrigenda, ac moderanda videatur. Nam quemadmodum praeclara omnia nequaquam cuivis peruvia esse solent, ita profecto que necessaria homini Deus esse statuit, in iis qui diffidit, summe prouidentia facit iniuriam. Neque enim genus aliquod hominum exclusum est in Euangelijs, fidei; communicatione, vbi à Christo Domino Apostoli audiunt. Eätes in mundū vniuersum prædicare Euangeliū omni creatura. Et rufus, Prædicari in nomine eius penitentiam in omnes gètes incipientibus ab Hierosolyma. Et apertius, Eritis mihi testes in Hierusalē & in omni Iudea, & Samaria & vñque ad ultimum terræ. Et alibi, Docete omnes gètes. Quis igitur tā illustris præcepti toties commentarii autoritatem contenta? Aut quam hominum nationem adeò feram & ab omni humano sensu remotā beneficio Prædicationis, Fidei, Penitentia ac diuina doctrina defitutam putet, cum audiat Dominum de vniuerso mundo obvundo, de omnibus docendis discipulos contestantē? Quod si non omniū esse Fidē Paulus docet, tamē id non conditioni hominum aut natalibus tribuit, sed peruerterat & importunae coidam obsecrationi. Certe enim ut nō solum prædicationem Euangeliū in toto orbe cogitaremus, verum etiam in lignem vbiq; fructificariemus. Iohannes in Apocalypsi in turba illa magna &

*Mare. 16.  
Luc. 24.*

*Aet. 1.*

*Mat. 18.*

*2. Thess. 3.*

*Apoc. 7.*

SALVTE LIBER L

beata Agnū sequente, omnem populum, omnē tribum, omnem lingua, quæ sub celo est, cōmemorat. Quin potius si attentius diuinæ scripturas legamus, apparebit fortassis nō sine magna ratio-

ne, ac diuino quodam mysterio extremi & abi-

ctissimum genus hominum, vel præcipue ad for-

tem Euangeliū vocari. *Æthiopia*, inquit, præ-

niet manus eius Deo. Quæ vero gens despiciac-

oris, qui vel ipso terrore & putore horrore pene

habentur? De his Sophonias quoque Propheta:

Attenuabit omnes Deos terræ, & adorabunt

eum viri de loco suo, omnes insulæ gentium.

Sed & vos *Æthiopes* interfecisti gladio meo eritis,

illo nimirum gladio, quem Dominus venit mit-

tere in terram, quod est verbum Dic, pertin-

gens vñque ad diuinationem animæ & spiritus. In

eodem quoque Propheta legimus. Quia tunc red-

dam populis labium electum, ut inuocent omnes

in nomine Domini, & seruant ei humero vno,

vltra flumina *Æthiopia* inde supplices mei filii

disperforum meorum deferent minus mihi. Quo-

nam dispersos suos Deus noster intelligat, nisi

quos alibi vocat filios excusorum: Quod celesti

virtute excusi, ut electæ sagittæ, ac toto orbe

dispersi populos innumerabiles salutariterferant,

& vincitos, ac supplices Deo suo spoliis glorioli

post se agant. Vltra flumina vero *Æthiopia* si

quis gentes positas querat, inueniet sanè præcis

scriptoribus ignotos Nili fontes Christianorum

hominum peregrinatione superatos. Neque ve-

rò illud improbable est plerumque Insularum

nomine in diuinis literis terras has omnes magno

Oceano circumfulas designati, tametsi continen-

*Mat. 10.*

*Heb. 4.*

*Soph. 3.*

*Pf. 12. 6.*

*Téque via*

*deut. præ-*

*mi, que-*

*runt. Æthi-*

*opis, se*

*res, Æ-*

*thiopiq;*

*seru alia-*

*ngurgi-*

*ta capo.*

*Ete cer-*

*rarii ne-*

*scit en-*

*debeat.*

*bis. Luc.*

*10. Phar-*

*de Nilo.*

*In oratio-*

*ne fume-*

*bri Baf-*

*la, & ad*

*Apoph.*

A 2 / ces

## 4 DE PROCVRANDA INDOVRM

mi  
Epis. 71

tes plurima ex parte sint , fortassis , quod ea antiquorum sententia fuerit , ultra Afir , Europaque , atque Africæ sibi nota litora , vel nullam habitari regionem , vel eam , si qua esset , insularum esse tantummodo . Nam à Pindaro Poëta decantatum est ultra Gades mare esse hominibus impermeabile , quod propterbi loco non semel sanctus Nazianzenus celebrat . Itaque cum vel Sophonias omnes Insulas gentium adoratas dicit , vel Eläias ad Insulas longe ituros , qui salutari fuerint , ultra Africam , & Lydiam , & Iriam , & Græciam , & annuntiaturos Dei gloriam gentibus , deque iis omnibus adductos fratres suos donum Domino : sive etiam cum horatur ad decantandum Domino laudem eos , qui in extremis terra habitant insularum incolas & maris : non absurdè profectò totius huius extremitati orbis homines ad Christi nomen & gloriam agnoscendam conuocando , conducendoque significare intelliguntur . Cur enim contemptos , ac sempiternam obliuionis datos homines arbitremur apud pium Conditorem , & benignissimum Redemptorem ? Nunquid non unus est pater omnium ? An alio sanguine Græci & Romani , alio Barbari & Indi redempti sunt ? Ipsos certè Iesu Christi Apostolos scimus ad remortissimas , ac ferociissimas nationes penetrasse , neque eorum belluiniis moribus deterritos , neque sensus stuporem pertulisse & prædicasse Euangelium & baptisasse , & munus inde Domino iuxta propheticum vaticinium obtulisse . Agnoscebant se debitos crediti talenti Græcis pariter ac Barbaris , sapientibus atque insipientibus . Intelligebant

Ejal. 66.

Ejal. 42.

D. Hier.

in Epifol.

ad Eph.

c.s.

Clem. in

Epib. fua

dicit , tef

Orationem

mundi iūi

al. . Lo-

quinto,

ibi , ut vi-

detur , de

gentibus

zouiriis.

Mal. 2.

Rom. 1.

pheticum vaticinium obtulisse . Agnoscebant se debitos crediti talenti Græcis pariter ac Barbaris , sapientibus atque insipientibus . Intelligebant

## SALVTE LIBER I.

5

bant in Christo Iesu non esse Indorum , & Græcum , Barbarum & Scytham , sed nouam creaturam , qua secundum agnitionem Dei renouatur in imaginem eius , qui creauit illam . Etenim quos paternfamilias licet debiles , licet pannolos , & horridos ad praeclaras coelectis coniuixi epulas pro sua magnificencia inuitari iubet ; cuius obsecro temeritatis , cuius impudentias erit , hos ut senui coniuixas dedignentur , auersentur , fastidiant ? Ni si putamus melius esse perspectam militris vel coniuinarum rationem , vel coniuix dignitatem , quam ipsi omnium conditori & largitori . In illo certè linteo quod Petro esurienti cælitus oblatum est , omne genus non solum volucrum & animantium ; verum etiam serpantium ac reptilium expostum , ac preparatum diuina nos docuit historia , ut etiam fordidos , & abiectos atque , ut ira dicam , humili repentes à Domino sanctificatos intelligamus . Quod autem Deus sanctificauit , nobis ut immundum fastidire , ac repellere minime licet . Quamobrem desinamus vel tarditatem vel duritiam Indorum tantis diuinæ claritatis promissis opponere , & cum qui promisit fidem exultantes , à communis omnium salute nullum genus mortalium putemus exceptum .

Colof. 3.  
Lue. 14.

A

CAPVT.

## C A P V T II.

*Cur videatur multis difficultis, & parum  
utilis predicatio apud Indos.*

**C**VM has atque his similes diuinæ Scripturae  
voices attendimus, satis elucet, quicmadmo-  
dum Pater misericordiarum neminem velit pe-  
rire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti, omnes  
omnino saluos fieri, omnes ad sui nominis agnitionem  
venire: arque ita generaliter cogitanti-  
bus erigitur spes non mediocriter, studiumque  
illud accenditur, ad salutem animalium queren-  
dam, cum ipse dixerit suis, Ego posui vos, vt  
eatis & fructum plurimum afferatis. Sed cum ve-  
nitur ad rem, adeò contraria humana imbecil-  
itatibus apparent facta promissi, ita omnes aditus  
misericordie hominibus interclusi ad salutem, vt ca-  
lore illo refrigerente, sepe diuinam potius co-  
gitemus seueritatem, que non amat multitudinem  
filiorum infidelium, & inutilium. Ac præterita  
quidem infidelitatis iustum supplicium in-  
fidelitatibus esse, vt qui Deum in natura docen-  
tem contempserunt, in Euangeliō predicantem,  
auribus aggauatis quodammodo non finantur  
audire. Ut enim arcani cuiusdam ac diuini iu-  
dicij fuit tam innumerabiles populos tot anno-  
rum milibus Dei notitia caruisse, ita quoque ei-  
dem tribuendum esse, quod notitia quadam te-  
muis offeratur, vel ita offeratur, vt facile repu-  
diatur

*2. Pet. 3.  
1. Tim. 2.  
Isaia 15.  
Ezecl. 15.  
Mat. 24.  
Augus.  
Epif. 20.  
O 78.*

dicitur, vel ita demum recipiatur oblatas, vt mox  
pernicioſius deseratur. Quis enim cognovit fe-  
sum Domini? Verè iudicia illius abyssi multa.  
Ita que videtur experientia ipsa docere infinitam  
hanc Indorum barbariem, suis ita exigentibus  
malis, cum à luce Euangelica per mille quadri-  
gentos annos aberrasse; tūm verò diuina utione  
acris perungente, postquam, vt Psalmus habet,  
coruscauerunt orbi terræ fulgurationes eius, at-  
que his locis illuxit veritatis radius, occatas  
esse mentes infidelium, ne fulgeat illis lumen  
Euangelij pacis. Nam quod quidam Apostoli-  
cam rubram etiam his regionibus olim infonui-  
se arbitrantur, hue vocantes Prophetæ testi-  
monium à Paulo pronuntiatum: In omnem ter-  
ram exiit sonus eorum, & in fines orbis terre  
verba eorum, non mihi videntur tantam rem  
satis confidere, cum etiam Augustinus sua aetate  
in Africa quibusdam partibus ignorari adhuc su-  
isse Christi nomen affirmet, quo ne Romani quidem  
imperii fama peruerferat. Me vero, vt illud  
fecus intelligendum puerum, mouet maior au-  
toritas Christi Domini, qui perspicue docuit  
tunc venturam eis mundi consummationem,  
cum Euangeliū fuerit toto orbe vulgarium.  
Quoniam illud, vt pleraque alia, ita de Apo-  
stolis accipendum est, vt Apostolici viri simul  
cogitentur: quorum sonus in omnem quidem  
terram exit, sed gradatim, suisque temporibus  
secundum eterni confliti decreatum. Familiare est  
prophetici oraculis, vt tempora etiam sciundif-  
fima, uno velut aspectu subiiciant oculis, deque  
iis viuuntis pronuntient, que per partes imple-

*Pf. 18.  
Rom. 10.  
Epif. 20.  
ad Hebreos  
etiam.  
Mat. 24.  
Augus.  
Epif. 20.  
O 78.*

da sunt. Quam regulam plerumque necessariam esse facis scripturis intelligendis, non ambiget vel tenuiter in iis exercitatus. Iam vero quod vestigia nonnulla reperta sunt, antiquam, ut appareat, Fidem notantia apud quosdam, ut crucis erecta signa, & alia quedam, non fatis aperatum documentum est. Exstare sane in superioribus huius prouinciae regionibus hodie quoque fama per celebris Indorum vetusta traditione vulgata & conseruata, venisse olim virum quendam insignem nostris similem, quem suo vocabulo Tiscuacocha ipsi appellant, qui multa utiliter docuerit, sed nihil sermone proficiens, signis ac virtutibus clarus etiam martyrio coronatus sit. Huius effigiem multum ab Indorum habitu abhorrentem, sanctorum porro nostrorum non absimilem quidam se vidisse confirmant. Sed ut vera haec sint (cur enim negemus esse potuisse?) quid faciemus infinitis aliis gentibus, quarum etiam facies adhuc ignota est, quas tamen esse certissima ratione deprehensem est? Illud magis persuasum habeo, & magnam orbis partem adhuc restare intactam, quod tum Nautica tun Cosmographiae periculissimi affirmant, & eam quam modo tenemus, vixque ad nostra tempora Christianis hominibus incognitam periculis. Igitur, ut redeam ad institutum, appareat quibusdam hos populos, has gentes, hanc infinitam barbariem, ut olim substituti sunt Luce Euangelica, ita nunc quoque postquam copia illius facta est, ad percipiendam doctrinam salutarem, necessaria intellegentia & capacitate destitui. Vtrumque enim

zque

zquae inscrutabilis iudicij esse, quod ut penetrare non possumus, ita neque accusare debemus. Re  
vera, quod in libro Sapientiae de antiquo Chanaeorum populo legimus, id aptissime in Indo quosdam conuenire facile annuerit, qui eorum ingenium moreisque perspexerit. Non igno-  
rans, inquit, quoniam nequam est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum, & quoniam non poterat mutari cogitatio eorum in perpetuum. Semen enim erat ab initio maledictum. Sunt ergo quidam ingenita ac velut hereditaria malitia imbuti, quorum adeo pertinax & peruerso harrens cogitatio est, ut penè non auctili possit. Si mutare potest Ethiopia pellem suam, Hier. 13. aut pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cū didiceritis male. Tam profundae humana mens nequia gurgite absorberi solet interdum, ut pene miraculo tribui debeat, si quis eam inde possit eruere. Ne vero conditorem suum audiat vile figmentum accusare, diuinis sermo continuo prauerter dicens: Sap. 12.Quis enim tibi dicet, quid fecisti? aut quis stabit contra iudicium tuum? aut quis in conspectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputabit si perierint nationes, quas tu fecisti? Hec ergo prima, ac praecipua causa se offert, cur multo labore in his regionibus parum emolumenta sperandum sit, quod semen maledictum ac diuinis auxiliis proptermodum destitutum in perditionem definitum sit. Sed ut altiora confilia inuestigare definamus, certe doctrina Christi sublimis est, vita Euangeli plusquam humana. Homines in-  
tegros, atque ingenuos postular fidei verbum, Iacob. 2.per

10 DE PROCVRANDA INDOVRM  
per legem , inquit , perfecta libertatis incipientes iudicari . At natio Indorum ( et si alij alii praestant , ) vniuersa tamen est ab omni ingenuitate alienissima , tota sordida , tota scurulis . Ingenio ut plurimum obtuso , iudicio perquam imbecilli , inconstans profus & lubrica . Moribus infidi , ingratia , metu solum cedere & vi , honestis vix sentium habere pudoris propemodum nullum . Hos dicas pinxisse Chrysoftomum , cum genus seruorum quodam loco exponit . Vbiique terrarum , istud pro comperto habetur , seruorum genus impudens ferme esse , formatuque difficile , lascivum , lubricum , parvumque idoneum ad virtutis doctrinam capessendam & cetera . Neque seruire tantum ingenium est ; verum etiam quodammodo brutum : vt facilius putes feras cicurare , quam iftorum vel frenare temeritatem , vel excitare torporem , adeò ad percipiendum rudes , ad cedendum sunt duri & perniciaces . Denique ut irrationalia pecora natura- liter in captionem & prædam apta in corruptione perpetua degunt , neque matrimoniij leges , neque naturæ reuteri : libidine pro ratione vruntur . Quid ergo pergitus margaritas mittere ante porcos , & canibus sanctum dare , qui facile reuertuntur ad vomitum , & coeni voluntaria de- licias ducunt ? An infantium infenatorum more viuentes , parentes animarum inauxiliatarum , comedtores viscerum humanorum ratione ac lege regendos credimus , ac non potius loris & ferro subhigendos ? Iam vero quoniam Fides ex auditu est , auditus autem per verbum Dei lingua opus est ad Euangelizandum . Hic qui nego-

Homi. 4.  
in epist.  
ad Titum.

2. Pet. 2.

Matt. 7.

2. Pet. 2.

Sap. 12.

Rom. 10.

SALVTE LIBER I.

gotium barbaros imbuedi assument , difficultates patiuntur eas , vt malint pene cum faxis , & marmoribus agere , quād de rebus in se quidem arduis & sublimibus , & clingues dicere , & à furdis audiri . Ferunt olim septuaginta duabus linguis confusum esse genus mortalium : at hi septingentis , & eo amplius inter se discrepant , vt vix vallis habetit paulo latior , qua non sicut materna lingua gaudeat . Et si enim in vniuerso Ingaram imperio , quod ab æquinoctiali Qui- to vique ad longissimam Chilæ provinciam per gradus fere quadraginta distenditur , lingua generalis à Rege Guainacapa introducta viget , ta- men & Indorum gentes innumerabiles sunt his terminis exclusæ , & ea ipsæ non ita illa familiarter vruntur , vt apud vulgus promiscuum in vnu sit . Accedit quod mysteriis Fidei præcipuis vocabula saepè defunt , vt indicat lingue periti tradunt . Per interpretem vero rem tantam agere , & cuiusque plebeij ac vulgaris hominis fidel , & sermoni committere documenta salutis , tametsi necessitate impellente factitatur , tamen res ipsa docuit , quam non solum incommodum sit ; sed etiam perniciustum interdum , dum alia pro aliis interpretatur , aut quia non assequitur , aut etiam quia sequi docentem piget . Quid igitur faciet , qui linguarum donum non habet , neque interpretationem sermonum , qui cum barbaris cogitur , & ipse barbarus esse , vt cum loqui nesciat , tacere non possit ? Linguae difficultates , locoru[m] non minores fortassis excipiunt . Nam , vt omittam nauigationem longissimam , molestius periculisque plenissimam , ipsæ habitationes

Indorum

Indorum fere inaccessa spem salutis videntur excludere. Videas plerosque ferarum instar non virbes, & oppida, sed rupes, atque antea incolere, neque gregatim vitam degere, sed sparsum, sapè incertis vagari fedibus. Itinera cervis aut ibicibus tantum pervia. Domus nulla, non rectum, non paries fundamen[t]o furgens. Caulas pecorum, aut bittaria dicas potius, quam hominum cætus. Hos quæso quis adeat? quis conueniat? quis conuocet? quis doceat, & cohortetur? Cum dormiente loquitur, qui narrat stulto sapientiam, ait Sapientia. Cum sint igitur inter domesticos fidei, quibus doctrinae panis erogari fructuosi possit, cui filii tollendus est, & canibus dandus, vel potius prolixiendi? Quid confilii est incertis certa postponere, & labores subire maximos utilitate nulla vel per exigua? Arque ad hunc fanè modum qui negotium salutis Indica vel difficile reputant, vel etiam exosum habent, sententiae suæ causas, si serio interrogentur, videntur mihi non improbabiles reddituri.

## C A P V T III.

*Quod difficultas prædicationis non debeat terrere Christi seruos: & quare ratione sunt animandi.*

VALET sanè commemoratio difficultatum, quæ in disseminando verbo Dei occurunt,

si

si prudenter adhibeatur, non parum, ut quorundam iuuenilis quidam ardor temperetur, ac refrænetur audacia, quam rectissime Aristoteles dixit pericula ut ignota citius agredi, ita tentata celerius fugere. Fortes enim milites postulant bella Domini exercituum, non audaces & temerarios, qui more Ephraim inter suos oriose intendentis, ac mittentes arcum, in die prælii conuersi sunt. Est verò prudentis & fortis viri, pericula, difficultates omnes, rerumque incertos exitus fecum ante meditari, non ut magnitudine laboris teritus, spem abiiciat victorię, sed quo & parior, instructiorque accedat ad rem, & dubiam fortem, si focus cedar, minus iniquę ferat. Ita certè videmus Mosem suas metientem vires detrectasse cum Pharaone congressum, Hieremiam prophetandi prouinciam deprecatum esse, Salem cum adhuc Dei spiritu regeretur, ob regnum delatum latitasse, quos tamen omnes cæterosque homines Dei & si rei magnitudo probè perfecta terrebatur; tamen Dei omnipotentis amplius recreauit, & confirmauit autoritas. Illud enim verissime à quadam nostro fratre diu multumque in hoc negotio Indorum exercitato dictum, etiam ipse experitus iam mihi videbat, Inter omnes virtutes ad functionem eam necessarias caput esse humilitatem. Hec neque magna sapit, neque sibi pollicetur illuftria, neque labore vnquam frangitur, neque verò fruictus etiam tenues designatur: sed quidvis per eam efficiat Dominus, id gratum pro magno habet. Verè humilis dat gratiam Deus, atque his administris, fortia seculi & præclara

*Iacob. 4.**1. Pet. 5.*

con-

*4. II. Etihi.**Ezod. 3.**Hier. 1.**1. Reg. 10.*

confundit. Ac mihi quidem humilitatis maxime inopia in causa esse videtur, penitum ut frumentum videamus, & cum multum fortassis seminauerimus, metamus perparum, quia iuxta Prophete sermonem, Vnusquisque in domum nostram feltinamus, & domum Domini non curamus, id est, audiens nostram quam Dei gloriam querimus. Sed venio ad rem. Indorum veram conuersione ad Fidem perdifficilem esse dicunt. Est sane. At illud non oscitanter cogitare oportet, semper fidei prædicationem suile difficultatibus, & fructificationem Euangelij labiorisorem longe exultatione nostra. Ut enim omittam dicere, quanta præcesserint, quanta confusa sint, quæ semen Dei ne susciperetur virgenter, ne suscepimus maturus erit, impeditur, profecto generalis ratio doctrina Christianæ satius per se ipsam verticem formidabilem monstrat. Etenim ratione omni superiora docet, nec probat; mores ab omni cupiditate, & gloria alienos instituit, vitiis omnibus funditus eueris, quibus est humana natura plenissima, & diuturna confusitudine offissimissima. Praesia pollicetur, quæ non videntur, ea, quæ videntur, contempnere iubet: sensum hominis ad ea transfert, quæ senti nequeunt: vitam non humanam homines agere vult. Quis igitur facile ac suave putet, bellas in Angelos transformare, idque voluntate ipsorum admittente, quibus vis ista affertur? Verè opus hoc non hominis, non alterius cuiuscumque, quam Dei unius. Ipse sibi proprium vult. Hoc est opus Dei, inquit, ut creditatis in eum. Et, Nemo venit ad me, nisi quem

Pater

*Lxx. Chrys. ho-  
mil. 7. in  
1. Epist.  
ad Corin.*

*Ioan. 6.  
Epist. 2.*

Pater traxerit. Et, Dei donum est, non ex vobis, ne quis glorietur. Quod si in ipsum Fidei nostra autorem, & consummatorem Iesum, oculos conuertamus, et omnino aliiquid, quod magnopere consolari, & eridire possit, ut obstruat omne os, subditus fiat Deo omnis spiritus. Quis enim æterna sapientia cœlitudinem cogitans, miraculorum potentiam, benignitatem vicerat, cum ad homines docendos, & alliciendos se inclinaret, non pro certo sibi persuaderet, vel una illius concione mortales omnes suile flectendos, ut tantum Prædicatorem innumerabilis multitudine certatum orbis universus sequeretur? At vide, quā res euenerit secus. Dum Euangelizauit, summo conatu, magna diligentia, adhibitis signis ingentibus, quæ nemo alias fecit, vita innocentissima, conuertatione suauissima, autoritate diuina, quid egit? quid confecutus est? Si confilia æterna suscipias, plus quam intelligi possit. At si hominum gratitudinem & obsequium confideres, horror est dicere. In exiguo populo, coque per plus mille annos infrastructo legis, & Prophetarum oraculis, vix paucos discipulos habui, eosque neque præcipitos, neque constantes: plurimos aduerarios, innumerabiles obrectatores, qui de malis verterentur in pessimos. Et indigetur homuncio non sibi latas segetes surgere ad prium seminii iactum? frustratum se conqueratur, si ad prædicationem suam non cernat hominum millia datis manibus sterni? Ioannes Baptista ipsa hominum qui Christum sequentur, paucitate commotus, dixit ad suis. Qui

*Ioan. 3.*  
de

de celo venit super omnes est: & quod vidit & audiuit, hoc teatatur, & testimonium eius nemo accipit. Nam pro doctoris dignitate, tam exiguis discipulorum numerus quasi nemo Iohanni merito videbatur. Audiamus verò ipsum ducem & Apóstolum confessionis nostræ piè

Esa.49.

Esa.49.

cum patre suo éterno expostulantem. Et ego dixi, In vacuum laborau, sine causa & vanè fortitudinem meam consumpsi. Nonne labores tot & tantos prædicandi, pœnoctandi, vicos & castella circumveniendi, clamandi, nauigandi, curandi ægrotos, diuina & mirabilia parrandi, vacuos & infretuosos penè dicas, si paupertatem Christi discipulorum speches, cæteras inimicorum, & perniciaciam? Nonne frustra tantum robur, frustra illam fortitudinem consumptam putes, si morientem videoas, confixum in domo eorum, qui diligebant eum: à suis partim desertum, partim proditum, ab alienis infatibili crudelitate vexatum, cæsum, in crucem actum? Sed quam rationem init sapiens Magister? Quomodo se confirmat, & consolatur Ergo inquit, iudicium meum cum Domino, & opus meum cum Deo meo. Id est, non amplius homines curio, non respicio ad relatam ab hominibus gratiam: sed Deum meum attendo, illius iudicij æquitatem scio: opus meum illi impendo: spem meam apud illum colloco, illius gratia cuncta libens & facio, & subeo, dispensatio pro compendis ducent: Hic animus erat, hæc mens salvatoris nostri Dei. Huc deberemus aduertere animum, quicumque opus Domini facimus, & operari inconfusibilis haberi cæ-

pimus

pimus. Non nostrum, sed Dei negotium agimus, curam ipsi omnem latè ac promptè laborantes, atque rei exitum relinquamus. Qui hac humilitate verissima, hac sincerissima charitate opus Dei tractat, et si videtur interdum sine fructu laborare, tamen audit statim diuinum responsum. Et nunc dicit Dominus formans me ex vetero seruum sibi, *Ibidem.*

v reducam Iacob ad eum, & Israël non congregabitur, & glorificatus est in oculis Domini, &

Deus meus factus est fortitudo mea, Et dixi,

Parum est, vt si mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & foeces Israël conuertendas: ecce

dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea usque ad extreum terræ.

Satis plenè Christi Domini

proposito exemplo tam perficuo & illustri, quicquid est molitus leui, quicquid querela deponi queat, si cordis aliquid ac frontis supererit homini. Neque enim discipulus supra Magistrum

est, neque seruus maior Domino suo.

*Isai.13.*

## CAPVT IV.

De eadem re.

**S**Vfsciebat quidem Christi seruatoris exemplum: sed redarguenda est adhuc nostra desidia, & compungenda per cætera exempla Patrum. Apostolorum sanè trophyæ cœminimus, & totius orbis viatores signa crucis ultra Romanas aquilas exultilis miramur, magna fœlicitatis cursum ducimus, & si daretur, tantam gloriam iuaret imitari. Sed cohibeamus tantisper animum,

B &amp;c

2.Cor.  
10.

Rom.15.

*Spa  
lio vi  
no a  
España*

Hier. in  
c.5. A  
eternis tanta peregerit, nemo melius possit  
mos.  
Chrys.  
bo.10. in  
2. ad Ti-  
mor. &  
de Lau-  
diib. Pan-  
lio. 7.  
1. Cor.  
21. Chri.

et illorum sudores, pericula, certamina, temporis difficultates, hoftium magnitudinem cogitemus: intelligemus profecto longè carius illis stetisse viatoriam, quam quisquam facile credat. Atma, inquit, militia nostra non carnalia sunt, sed potentia Dei ad deſtructionem munitionum, confiſa defruentes, & omnem altitudinem extollentem se adiutus scientiam Dei. Quid igitur? Commemorat ſe alibi ab Hierofolymis vique ad Illyricum propagaffe Euangeliū Christi, & longè latè per circumpoſtas regiones, quas, ſi quis conſideret immensa terrarum ſpatia, mirabitur porro quae vniuersi hominiſ peregrinatione cognosci, nedum doctriña Apostolica impleri: quo etiam in loco in Hispaniam profectionem ſuam prædi-  
git, eamque prædictionem post priorem eius ca-  
tenam Romæ te ipſa completam, non defunt,  
qui affirmit, in quibus effiſtidentur Hierony-  
mus & Chrysostomus. Sed quibus periculis &  
temperie, quam ipſe in posteriore ad Corinthios  
Epiftola. Pelagus illud laborum, ac tempeſtatem  
ſi quis intueretur, videt omnino nullo modo niſi  
per crucem crucis prædicatores viciſſe, eorum  
quoque amulatores non aliter effiſtienturos. Ve-  
rum cum Crux non diſſimiliſ ſit, neſcio tamen  
quomodo difficultates patimur nunc omnino  
contraria, vt ſi quis attentius conſideret, diuini  
consilij altitudinem admiretur. Nobis nihil eft  
perinde graue, ac nimius flupor & infipientia bar-  
barorum: contra Apoftolos nihil ita exercuit, at-  
que inflata illa præpotentię ſapientia, tum lu-  
dorum, tum Græcorum, tum maximè Roma-  
norum:

norum: vt ſe veluti ridiculos exhibere viderentur  
Synagogis, Academiis, Curiae. Nos predicamus,

inquit, Chriftum crucifixum, Iudeis quidem

ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam: ita ve in

magna laude ſua Paulus ponat, Non enim eru-

belco Euangeliū, & ad Timotheum ſcribat,  
Noli erubescere teſtimonium Christi. Illos vrge-bat potefas faculi, cum imminerent imperij fal-  
ces. Nos potefates quidem ac Magiftratus Gen-tūlī parum timemus, cum ſit ſummi penes  
Christians: fed ab eadem potefate non parumſuſtinemus nonnunquam moleſtae, & incom-  
modi, cum cernamus non raro eueri prauis exem-plis auraticaque quorundam, quicquid ab aliis  
adſedicatur ad fidem. Illi ingenia hominum naſti

ſunt clata, &amp; peruicacia, ipſaque faculti pruden-

tia ſimplicitatem Fidei inflexibiliter reſpumpta:  
Nobis mobilitas contrā imbecillitasque natu-ralis Indorum ingenij, moleſta plurimum afferit:  
vt illos quidem ſaxis mandare Euangelica ſe-  
mina diceret, nos arena. Maiores noſtrōſ labor in-  
defeffiſſus, inopia, ignominia, cruciatus, neci-  
que quotidianum quodammodo diſcriben: nos  
tadum, fermonis inopia, ipſa hominum igno-  
bilitas, ſolitudo quædam, ac desperatio maximè  
oppugnant. Itaque Fidei prædicatione ſicuti res eft  
magna, ac maior omni exiftimatione hominum,  
ita nunquam ſine ingenti labore & conſtantia  
peragi potuit. Quis creditit auditui noſtro, & bra-  
chium Domini, cui reuelatum eft: Sed in Deo  
ponenda ſpes, qui dat verbum EuangelizantibusIſai.53. Pſ. 67.  
Pſ. 125.virtute multa: vt quanuis euntes fleant mitte-  
tes ſemina ſua, venientes certè gaudent por-

DE PROCVRÀND A INDO RVM

tantes manipulos suos, ipse dicit, Ecce ego mitto vos, ipse est, qui operatur Fidem, & dat incrementum, vt Evangelium crebeat, & fructificet in vniuerso mundo. Verum nos tyrones terrent militia labores & frangunt. Et dicimus. Quid putas quia praterita tempora meliora fuerunt? Sulta sine dubio cogitatio. Nam si in illa superiora incidifsemus, tantam aperitatem, nequamquam ferre possemus. Sed quia praterita sunt, felicia, & sua putantur. Si igitur antiquorum temporum allicet nos, atque tener mirabilis in Christianitate prouentus, & nostræ nos egestatis tardet, cogitemus labores illorum nostrarum sine villa comparatione fuisse maiores, & Dei sapientiae ac bonitati gratias agamus, que pro magnitudine operis idoneos operarios parat. At sum multi, qui tametsi illa magna atque Apostolica abesse æquo animo patiuntur; tamen pro modulo etiam diligentia molestiaque sua non respondere fructus vehementer dolent. Quia in re ut id quām maximē verum sit, quod existimant, illa certè est finissima consolatio Apostoli monentis: Vnuquique que propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Dei enim sumus adiutores. Dei ædificatio estis, Dei agricultura estis. Non igitur tam expendet fructus, Vnde procurator in mercede reddenda, quām operam: & gratior erit fortassis Patri familiæ labor sterilis, sed fidelis, quām facilis & fecundus. Quām obrem etiam ipsos magnos fidel precones videmus fructus exiguate sepe probatos. Nam vt omitam Ezechielem, cui Dominus testimonium fert: Si ad populos multos profundi sermonis & ignota lingua mittere-

Ezecl. 3.

Mat. 10.

Phil. 2.

Colest.

Ecccl. 7.

2. Cor. 3.

Ezecl. 3.

SALVTE. LIBER L

21

ris, quorum non possis audire sermones, ipi audiunt te: Domus autem Israël nolunt audire te, teve præterea Hieremiam contemptum & ludibri habitum præ Hanania aliisque falsi Prophetis, Amos quoque aduersus Amasiam, ceteroque Prophetas: illi ipsi Apostoli saepe magno labore nil nisi iniurias confecuti sunt. Paulus per biennium Cesaree tenetur vincens, & cum penitentia disputerat ad Felicem, nihil egit. Iohannes propter testimonium Christi relegatum Apoc. 1, se vider: Iacobum illius fratrem vetus narrat historiam in Hispaniis præter homines septem aut nouem ad fidem conciliaisse neminem, tam longa peregrinatione abusque Hierosolymis suscepta, tam diutina prædicatione. Verè enim Dominus dixit: Non est discipulus supra Magistrum: si sermonem meum seruauerunt, & vestrum serubunt. Quoties vero ille exclamauit, Cui comparabimus generationem hanc: Cantauimus, inquit, vobis, & non saltastis, lamentauimus, & non planxitis. Quanquam necio quid iusta querelæ habeat, si vel paucissimas animas, vel unam potius totus noster labor & industria lucretur, pro qua Dominus gloria, si sola fuisset, eadem passiones subire minim recusasset, vt sanctus Chrysostomus quodam loco præclare docet. Cuius autem os audire liber tantisper de hac ipso re, quam agimus. Nihil est quod animæ possit æquiparari, ne vniuersus quidem mundus. Itaque & si immensas pecunias pauperibus eroges, plus tamen efficeris, si vnam conuertes animam. Et post patica. Quod si hodie nemini persuaseris, persuaderis postridie, & si nunquam persuaseris, metu-

Hier. 18.

Amos 7,

Apoc. 1,

Iohann. 15,

Matt. 11.

In 2. cap.  
ad Gal.

in illa

verbis,

Dilexit

me &

tradidit

B 3 cedem

## 22 DE PROCVRANDA INDORVM

*dicit se  
metipius  
propter  
me.*  
*Hom 1.  
in 1. epif.  
ad Cor.*

cedem tamen integrum habes. Et si non omnibus paucis tamen ex multis persuadere poteris. Nam neque Apostoli vniuerso orbi persuaserunt, licet cum omnibus disputatione, & mercedem in omnibus affectui sint. Si quidem Dcus non secundum bonorum opem cumentum, sed iuxta factorum propositum coronas clargiri solet, etiam si duos obolos conferas, & quod vidua fecit, idem in docentibus operabitur. Noli igitur cum orbem terra saluum facere non possis, etiam parua contemnere: neque maiorum desideria a paruis te abstrahas. Si centum nequis, decem curam sufficias: si decem non possis poli quinque despice: si quinque vires tuas excedunt, viuum ne contemnas. Quod si ne hoc quoque possis, noli desperare, noli labore cedere. Nam si parua non contemptimus, asequemur & magna. Quae beatitudinis Patris exhortatio ad recreandos confirmandoque animos Christi operariorum, vel sola est. fati modo se ratione qui quis obsequenter prebeat. Denique ut communibus non utramque habet famam Indorum causa propria ac peculia emolumenta, eademque magni apud Christum pretij. Primum humilitatis, quod labor omnis istius impensis tanto fecundior, quanto ab omni humana gloria remotior. Deinde charitatis Christi fidelissimum testimonium, cum extrema indigentiae, & periculo tot milium animarum percutientia vita ipsa conficeratur. Praeterea confitientiae, & patientiae quodnam possit inueniri certius vel argumentum, vel periculum hoc ipso, quod plerique maximè grauatur, aetio pro Christi gloria deuorato, ut cum multum labores, parum promouere

## S A L V T E . L I B E R . L . 23

mouete videaris? Pene dixerim esse in hoc uno Apostolicæ gloria æmulam laudem. Postremo illud mihi verisimile persuasum habeo fructus esse pro labore, & merito longè maximos, vehementerque eos decipi, vel desidia, vel ambitione corruptos, qui suas operas in hac Christi vinea parum fructuose locatas conqueruntur. Quod, vt habet, monstrare erit sui temporis & loci. Illud modiq[ue] maneat, etiam si penuria quam maxima existet, in negotio animarum, tamen Christi Iesu fidelibus operariis non minus, vel grauauerit, vel alacriter desfundandum esse, ubi & illius charitati amplius obsequuntur, & de propria mercede nihil deperit.

## C A P V T . V .

*Quod gentes Indorum quantumvis barbara, auxilio tamen gratia ad salutem constitute non sint.*

ITEM vero respondendum est prioribus illis rationibus, quibus Indorum causa, & salus oppugnabatur, & respondendum est Deo adiuuante sobrie & vere. Quatuor igitur præcipue obiecta sunt: Diuina gratia subtractione: Naturæ morumque absurditas: difficultas sermonis: locorum arque habitacionis incommoda. Principio multos esse homines suis tenebris, relictos occulto Dei veroque iudicio, negare non possumus, neque

24 DE PROCVRANDA INDOVRM  
homines modo, sed & familias & vrbes, & inter-  
gras saepe proutncias & gentes. Qui & olim fue-  
re, & nunc vsque sunt sine Christo, alienati à  
conuersatione Israël, & hospites testamentorum,  
promissionis spem non habentes, denique sine  
Deo in hoc mundo. Cur autem tandem eos diui-  
na gratia arque electio præterierit, tot animarum  
millibus interim percutientibus, humana ratione  
altius arcuam est, quod temerare velle impicit-  
atis sit. Hoc loco Paulus Apostolus cursum co-  
hibet, & inquisitionem suam ad inscrutabiliter sapientiae  
excelsa suspedit. Cum enim narrasset  
gentes Israële obsecrato vocatas ad Euangeliū,  
in fine autem eriam ipsum saluum futurum, cum  
intrauerit plenitudo gentium, perpendens, quæ  
profunditas se se obiiceret peruehigant ultra,  
cur Deus incredulitatem Israël diuitias gentium  
esse voluerit, & cur eo vsque salutem earum di-  
stulerit, eaque oblata repulsa tulerait Israël, quasi  
virumque populum diuina gratia capere nequiteret,  
hac & similia ex sua narratione conseqüetur cer-  
nens, sicut gradum, & exclamacione illa mirabili  
mavult hominem in ignorantia sue tuto hære-  
re, quam per obstructissimæ questionis abcupra  
principitem dari: nihil omittem, ut egregie dixit  
Ambrosius siue qui quis is author fuit de vocatio-  
ne gentium (nam stylus magis refere videtur  
Propterum Aquitanicum) de iis quæ non oportet  
ignorari, nihil contraets de iis, quæ non licet  
sciri. Multa enim sunt, inquit, in dispensatione  
operum diuiniorum, quorum causis latentibus soli  
monstrantur effectus, ut cum pateat, quod geritur,  
non pateat, cur geratur, negotio in medium de-  
ducto,

Ephes. 2.

Rom. 11.

Libr. 1.  
de voc.  
gens. cap.  
5.

SALVTE. LIBER L 25  
ducto, & in occultum ratione subducta: vt in  
eadem re & de inscrutabilibus præsumptio com-  
primatur, & de manifestis falsis refutetur. Idem-  
que rursus libro sequente. Et quis inter haec que-  
rulis aut curiosis notum faciet, cur adhuc sol iu-  
stitia quibusdam gentibus non oriatur, & à tene-  
brosis cordibus etiam nunc radios suos veritas re-  
uelanda contineat; Satis ergo est in re tanta,  
tamque obstrusa infirmitatem nostræ scientiæ  
confitei, turo negotium integrum Dei aquo ve-  
roque iudicio committentes, quam dum nitimus  
quæ sunt ab oculis nostris abscondita videre con-  
tra præceptum, fortassis immensa lucis fulgore  
cœcari. Sed quia creberima est quæstio inter infi-  
deles, & quæ acris animos pulsare solet & pun-  
gere, addendum est aliiquid, quod etiæ elatam  
mentem non satis premat; tamen obedientem at-  
que subiectam non parum consoletur. Id vero ne-  
mo melius explicet, quam beatus Augustinus, qui  
in hac quationem diu ac saepe à se versatam in-  
cidens in epistola ad Optatum Episcopum ita scri-  
bit, Cur autem creuent etiam illi, quos creator  
presciuit ad damnationem, non ad gratiam per-  
tinere, beatus Apostolus tanto succintiore bre-  
uitate, quanto maiore autoritate commemorat.  
Deum enim dixit volentem ostendere iram, & de-  
monstrare potentiam suam attulisse in multa pa-  
tientia vala ira, quæ perfecta sunt in perditio-  
nem, & vt notas faceret diuitias gloriae fuit in va-  
la misericordia. Et mox, Merito autem videretur  
iniustum quid fuit vala ira ad perditionem, si  
non esset ipsa vniuersa in Adam massa damnata.  
Quod ergo sunt nascendo vala ira; pertinet ad

Libr. 2. de  
voc. gent.  
cap. 2.

Ecclesi. 3.

Epi. 157

Rom. 9.

debitam penam: quod autem sunt renascendo  
vala misericordia, pertinet ad indebitam  
gratiam. Ostendit ergo Deus suam suam, id est ius-  
tum fixamque vindictam, que de stirpe inobe-  
dientiae ducitur propago peccati atque supplicij,  
ostendit & potentiam suam, que bene virut  
etiam malis, multa illis naturalia, & temporalia  
bona largiens, corumque malitiam ad exercen-  
dos, & comparatione admonendos bonos ac-  
commmodans, ut in eis discant agere gratias Deo,  
quod ab eis non suis meritis, qui in eadem maf-  
fa pares fuerant, sed illius miseratione discreti  
sunt. Et infra. Notas etiam fecit diuitias misericordia  
sua in vala misericordia, ita enim quid pre-  
stetur sibi dicit, gratis iustificatus, dum non suo  
merito, sed gloria largissimæ Dei misericordia  
discernitur à damnato, cum quo eadem iustitia  
fuerat & ipse damnandus. Tam multos autem  
nasci voluit, quos ad suam gratiam non pertine-  
re praesciuit, ut multitudine incomparabili plures  
sint illis, quos in sui regni gloriam filios promis-  
sionis praedestinare dignatus est, ut etiam ipsa reie-  
ctorum multitudo ostenderetur, quoniam nullius  
momenti sit apud Deum iustum quantilibet nu-  
merositas iustissime damnatorum. Atque ut hinc  
etiam intelligant, qui ex ipsa damnatione redi-  
muntur, hoc fuisse debitum masœ illi vniuersæ,  
quod tam magnæ eius parti redditum cernerent.  
Hec Augustinus, quibus generaliter quantum  
sacræ literæ insinuant, rationes attingit, cur tam  
innumerabilis hominum ac populorum multitu-  
do suo dimittatur arbitrio, id est perire finatur. Ve-  
rū cur illum, vel illū populu ante vocauerit ad sa-  
lutem,

27  
lurem, illum autem, & illum tandem in sua ca-  
ritate reliquerit, quis audeat inquirere? Cum le-  
gamus Apostolos aliquando parantes profectio-  
nem in Aliam, ut Euangelizarent, prohibitos esse  
à Spiritu sancto: & rursus in Bythiniam nauigantes  
<sup>AD. 16.</sup>  
<sup>Ibidem.</sup> non esse permisso à Spiritu Iesu. Qui ergo ne-  
mini gratiam deber, ille, quem oporteat, vocare,  
& quo tempore, & per quem sapientia semi-  
perna disponit. Et quanquam haec, que de sen-  
tentia Sancti Augustini, imo Apostoli Pauli di-  
spurata sunt, verilissima sunt: sed illud tamē nihil  
ominus intelligendum est, nullum vnam homi-  
num genus, ita à suo esse authore desertum,  
quin pro iuso modo Dei testimonium, auxilium  
que sufficiens haberet: ita ut sint inexcusabiles di-  
uinæ legis in suis cordibus scriptæ corruptores,  
ingrati beneficiis coelestibus patientia, & boni-  
tatis tante contemporares. Quamuis enim, ut Pau-  
lus & Barnabas Lybris egregie prædicarunt, Deus  
<sup>Rom. 10.</sup>  
<sup>AD. 14.</sup> in præteritis generationibus dimiserit omnes gen-  
tes ingredi via suas, id quod hucvique etiam in  
non exigua orbis portione accidere videmus: ta-  
men non sine testimonio reliquit semetipsum, be-  
nefaciens de cœlo, dans pluvias & tempora fru-  
ctifera, implens cibo, & latitii corda hominum  
ut ipsius nature admoniti operibus ex his, que  
videntur bona posse intelligere eum, qui est, &  
agposcerent qui esset artifex, speciei enim gene-  
rator haec omnia constituit, à magnitudine enim  
speciei & creature cognoscibiliter poterit horum  
creator videri. Huius sapientis sententiam fecerat  
Ambrosius libr. 2 de Vocatione gentium, Adhibi-  
ta semper est, inquit, vniuersis hominibus qua-  
<sup>Sap. 13.</sup>  
<sup>2. de voc.</sup>  
<sup>gent. c. 5.</sup>  
dam

28 DE PROCVRANDA INDO RVM  
dam superne mensura doctrinae , que eti parcio-  
ris occultiorisque gratiae fuit, sufficit tamen sicut  
Dominus iudicauit , quibusdam ad remedium,  
omnibus ad testimonium. Non quod sine Christi  
fide salutem cuiquam , quod absit, permittat Ambro-  
sius : sed quod gratia in natura doctrina lu-  
ceat , & sequentem , ad spiritum fidei & charita-  
tis inducat. At dicit aliquis hoc loco. Quomodo  
Rom. 10.

Credent , si non audiunt? Quomodo verò audient  
A. 8. sine prædicante? Prædicabit sanè Philippus Eu-  
A. 10. nuchio , & Petrus ad Centurionem mittetur, modo  
illi præstent, quod per se possint. Neque enim qui  
per naturam invitari , decriit per gratiam , si li-  
berum non reluetur arbitrium ,

Quamobrem idem author in eodem opere. Quod si forte etiam  
2. de vec. nunc in extremis mundi partibus sunt aliqua na-  
Gen. 6. tiones quibus nondum gratia salvatoris illuxit: non  
ambigimus etiam circa illas occulto iudicio  
Dei tempus vocationis esse dispositum, quo Euangeli-  
um quod nondum viderant , audiunt , atque  
sufficiant. Quibus tamen illa mensura generalis  
auxili , quæ deficer omnis semper hominibus  
est præbita , non negatur: quamuis tam acerbo  
vulnere humana natura fauciata sit , ut ad cogni-  
tionem Dei neminem contemplatio spontanca  
plene valeat erudire , nisi obumbrationem cor-  
dis lux vera disculferit. Quibus profecto verbis  
vniuersam Indorum causam praclaræ actam esse  
ab Ambrosio nemo non videat. Interim verò  
flagitia & crimina omnia istorum, quamuis ve-  
niā , neque mercantur , neque impetrant apud  
summum Iudicem Deum , leuius tamen omnino  
puniuntur

SALVTE LIBER L 29  
puniuntur. De his quippe scriptum est , sed parti-  
bus iudicans das locum penitentia , non igno-  
rans quia nequam est natio illorum, & rufus. Ve-  
Sap. 12. niam das peccatis eorum, virtus enim tua iustitiae  
initium est , & ob hoc quod omnium Dominus es ,  
omnibus te parcere facis. Denique ut quicumque Rom. 1.  
sine lege peccauerunt, sine lege iudicabuntur , ita  
& qui sine Euangelio peccauerunt, sine Euange-  
lio iudicabuntur. Hæc eo commemorata sunt , ve-  
querla multorum aduersus Deum compescatur,  
firmissimeque teneamus iudicia Dei omnia in tor-  
& tantorum perditione populorum iustificata esse  
in semetipsis.

## C A P Y T V I .

Quod Indos Deus iam vocet ad Euangeliū.

V Erum quod ad institutum nostrum attinet,  
quæquam fuit , ut dixi , non solum homi-  
nes , sed populi & gentes longo tempore permis-  
se infidelitatem suæ; tamen nullum est hominum ge-  
nus adeo inceptum , adeo brutum , & faxeum , quin  
ad Euangelij doctrinam idoneum sit. Omni enim  
creature , que sub celo est , prædicari Euangeliū  
præceptum est : & in semine Abrahæ omnes gen-  
Mar. 16. tes benedicuntur : & vniuersa familia terre ve-  
Gen. 22. niens coram Domino , ut adorent. Esse quidem  
Pf. 21. aliis alias nationes hominum aptiores feliciore-  
que Euangelica frugi , ut agros fertiliores , negare  
plane

## 30 DE PROCVRANDA INDORVM

plane non possumus : sed qui omnes vocat , ne  
minem fastidendum docet . Sunt hebetes , sunt lu-  
brici , sunt sanè . Sed cui minus donatum est , mi-  
nus requiretur ab eo . Non inuoluat seruus piger  
talentum vnum : & vno negotiari potest . Erant in  
area Noé tristega fui tabulata infima , & media  
& suprema , omne genus animantium coiubetur  
induci , ut cæteris pereuntibus , ipsa seruentur .  
Non excluditur corius pax aquila , non lepidulus  
pra leone . Petrus quoque occidere iubetur audie-  
re , & manducare de omnibus non solum volu-  
ctibus , sed etiam reptilibus & nihil immundum ,  
& alienum censere , quod à Domino sanctificatum  
sit . Habet cœlestis ciuitas mansiones pluri-  
mas non minus generis , & gradu , quam  
ipsa numerostare mirabiles . Neque aurum solum ,  
& gemmae , sed pili quoque caprarum tabernacula-  
lo Dei oblati recipiuntur . Denique qui abieccos  
istos ac miseros Euangelio ineptos putant , &  
patriæ cœlestis beneficio excludunt , qui contem-  
nunt , arque pestifundunt , adiant tandem Dominum ,  
& suum , & ipsorum pariter , seuerè admonen-  
tentem . Vide te ne contemnatis vnum ex his pu-  
fillis : dico enim vobis quia Angeli eorum in ce-  
lis semper vident faciem Patris mei , qui in ce-  
lis est . Opinor non indignos humano suffragio , &  
patrocinio , quibus famulatus exhibetur Angelicus .  
Omnes enim administratori spiritus sunt  
propter eos , qui hæreditatem captiunt salutis . Nullum  
ergo etiam abieccum , & bellum genus homi-  
num à salute Euangelica alienum censendum  
est , cum Deus neminem vocet , cui non ad id  
consequendum quod vocat , intelligentiam , & gra-  
ciam

*Gen. 6.**AH. 10.**Iacob. 14.**Exod. 25.**Mat. 18.**Heb. 1.*

## SALVTE LIBER I.

Etiam idoneam conferat . Eti nam vocantur multi ,  
eligitur pauci , tamen nemo vocatus negligitur ,  
nisi qui vocantem , cum licet , audire contem-  
pit . Notum à seculo est Domino opus suumino-  
strum est , quoniam ad omnes ire iussi sumus , ne-  
minem prætere , omnes vocare , omnes allicere ,  
omnes conuenire . Quoniam ex quibusse assu-  
mendi sint , ille nouit , cui est æqualiter cura de  
omnibus , & tamen non omnes prædestinavit ad  
vitam . Sed ex omni genere , & natione assimi , &  
ostensum iam est , & præclaro Esaïæ testimonio  
tandem confirmandum . In fine Prophœtæ illius  
Dominus loquitur : Et ponam in eis signum  
& mirram ex eis , qui salutari fuerint ad gentes in  
mare , in Africam , & Lydiam tenentes sagitam  
in Italiam , & Graciam ad Insulas longè ad eos  
qui non audierunt , & non viderunt gloriam  
meam . Et annuntiabunt gloriam meam gentibus ,  
& adducent omnes fratres vestros de cun-  
ditis gentibus donum Domino , in equis &  
in quadrigis , & in leccitis , & in mulis , & in  
carriulis ad montem meum in Hierusalem , dicit  
Dominus , quomodo si inferant filij Israël munus  
in vase mundo in dominum Domini . Et asfumam ex  
eis Sacerdotes & Leuitas , dicit Dominus . Hoc  
tanto circum verborum fatis Spiritus sanctus  
ostendit , quām esset Dei consilium immobile , nul-  
lum esse genus hominum tam remotum , ad quod  
Euangelij gratia non perueniret , & de quo pre-  
dicta Deo munera non referret . Signum enim salu-  
tare Crucis ponit in frontibus suorum , quod sub  
Thau olim viderat Ezechiel , & sic armatos mittit

*AH. 15.**Esa. 6.**Eze. 9.*

ad

32 DE PROCVRANDA INDO RVM  
adgentes in mare sive in Septuaginta legunt & in

Hierony.  
in vlt.  
Theodo.  
reus in  
Iac. Ion. 4.

adgentes in mare sive in Septuaginta legunt & in  
Hebreo est, in Tharsis, quo nomine Indiæ remo-  
tissima loca significari in scriptura Hieronymus  
hic refert, & Theodoretus in Ionam, aut immen-  
sum mare, vt alij malunt, id est Oceanum. Post-

Pf. 18.

quam autem Asia, Africam, Europamque per-  
currit, & ad Insulas vique vltimas se protul-  
lent, vt non sit loquela & sermo gentium adeo  
barbararum, vbi non audiantur, & refonet  
verba eorum; tunc munus Domino egre-  
gium afferent, id est fratres suos, magnum &  
gloriosum prædictum apparatum agentes in equis, in  
curribus, in quadrigis, in mulis, & carrucis, quod  
quid est aliud quam pro diuteritate venientium  
ad Fidem diuerfa esse aptata vehicula? Alij equis  
vehi possint, vt pote celesti & pernici iingenio, alijs  
quadrigis glorioſi & curribus præpotentes. Sed  
qui tardiores fuerint & ignobiliores, habebunt  
etiam ipſi ſua vehicula. Si equis minus fūt apti, at  
mulis infidere poterunt: si quadrige non erunt, at  
non deuant vel carrucæ, quibus imponantur. Vt  
non ſolum Graci & Sapientes, verum etiam bar-  
bari & rudes in domum Domini, quæ eft in Hie-  
rusalem, id eft in Eccleſiam Chrifti congregentur.  
Arque vt intelligent omnes, etiam in illis bene-  
placitum eſſe Deo noſtro, eliger de iis ipſis Sacer-  
dotes ſibi & Leuitas. Distribuet, inquam, ſpiri-  
tum ſuum, & charifmata non ſolum Apoſtolis, &  
Iſraēl, verum etiam gentibus, vt cum Petrus, qui  
eſt cœli ianitor, viderit Dei donum diffufum in  
eas partier, prohibeat aquam, quæ introitus eft  
Eccleſiae: fratres quoque ſi forte clatiſ disceptent,  
ipſo

A.D. 10.

A.D. 11.

SALVTE. LIBER L

33

ipſo exemplo ac testimonio diuino edociti conti-  
ceſcant Nihil enim magis confirman animos fide-  
lium Chriſti prædicatorum, quæm testimonium  
Spiritus sancti per dona ſua, & charifmata, quæ  
partitum, vt vult. Et quidem dona ſpiritus, signa  
& miracula, que in Fidei prædicatione innotue-  
runt, hi etiam temporibus, quando charitas  
vique adeo reſixit, enumerare longum eſſet  
tum in Orientali illa India, tum in hac Occidentali.  
Res Iaponensium note iam ſunt Synarum re-  
gio ingens diu tentata, iam vrimaque aperta na-  
uigatione Lufitanorum, & noſtrorum ex noua  
Hispania. De Mexicanis multa narrantur. De In-  
ſularibus ipſe quoque aliqua ex parte nonnulla  
confexi. Historiæ inueni noui orbis loquuntur  
multa, & miranda, & vera, quorum hodie quo-  
que testes ſatis Fide dignos habemus. Duo, que  
recentia ſunt exempli gratia non morabor appo-  
nere. Fœmina in ſue infidelitat̄ errore obſtinata,  
& Superiotione cuidam venefice addictiſima, que  
ceteris omnibus in illa familia baptizatis ſola re-  
pugnauerat: morbo iam vrimo laborans misit ad  
facerdotem, vt ad ſe festinaret, non enim ſe po-  
ſe exire de vita, niſi aqua prius ſalutari perfundere-  
retur. Scmel arqueiterum accersitus tandem venit,  
inuenit anum in extremis agentem, & baptismum  
magno affetu poſcentem: rogat, cur tandiū di-  
ſtulerit: reſpondet illa, ſibi nihil minus fuſſe ſem-  
per in animo, quæm fieri Christianam, oderat  
enim, vel ipſum nomen, ſed tamen morti iam  
propinquanti aſtitile ſibi iuuenem candidum, qui  
anteactam vitam acriter reprehenderit, & Chriſti  
religionem quantocyſ ſuſcipere persuaderet:

C

contra

contra vero tetrum quendam Aethiopem altera ex parte patriam superstitionem diu inculcata: & eum anxia diu hareret, tandem viciisse iuuenem Christi; statim tantum sibi baptesimi desiderium accensum, vt nihil aliud lamentaretur, quam se à prima exate non fuisse Christianam. Quid multa? Interrogata de fide pro more, & penitentiam ante acte vita magno dolore significans, baptizatur, & baptizata protinus animam efflat, ipso sacerdote cum ceteris, qui aderant, admittante vehementer, cuius ego factum narratione cognoui, qui etiam legitimio testimoniio probatum ad Episcopum suum transmittendum curauit. Fuit vir quoque apud nos, qui hodie etiam viuit, coniugatus in valle Humai vocata, olim baptizatus, & testimonium habens bonum in simplicitate sua, & sobrietate. Hic graniter agrotans, cum mortuis omnino crederetur ab uxore, que sola eadaueri viri seruabat opertum, expectans ad sepulturam alicuius adiutorum (erant enim soli in loco satis remoto) triduum integrum lacuit, ut putabatur, exanimis, panno cooptus: cum repente mouere se coepit, & uxorem admirantem ac pauentem vocans, vera esse dixit, quæ à Patribus dicerentur de vita futura. Nam & se perduclam à quadam multa ac stupenda vidisse. Cum res sacerdoti innouisset, qui homini ruditatem optimè nosset, & miraretur tanta de rebus spiritualibus, & occultis ex ordine referentem, iam morbo leuantum ad Archiepskopum examinandum transmisit: cuius confidit, & à nostris fratribus, & à multis aliis diligenter interrogatus, aperte, & responsionum ordine, & sensu, & ipsa vulcus

vulcus constantia, & lacrymis ac profundo quodam affectu declaravit illa omnia non aliter sibi potuisse innotescere, quam facta super eum manu Domini mirabilem extasim. Id quod vita demum innocentia facta postea confirmauit: atque hodie quoque Dominicus (hoc hominis nomen est) dicitur multa narrare de saeculo futuro iis, quos audituros vtiliter iudicat. Feret eiusdem exempli est cum illo Curmacutiali, de quo Augustinus scribit in lib. de Cura pro mortuis agenda, & cum illo altero Steelfio, de quo narrat in historia Anglicana. Non dubium est quin Deus charam habeat salutem Indorum, atque ex his numerosissimis populis multos in regnum Christi adoptarit, perducendos ad patrem eo ordine, & modo & tempore, quod ipsi constitutis. Firmum enim fundamentum Dei stat habens signaculum hoc, Cognoscit Dominus, qui sunt eius.

*Aug. de  
cura pro  
mortuis.  
c. 12.  
Bed. libr.  
Angli.  
bispo.*

*2. Tim. 1:*

## CAPUT VII.

*Quomodo Indorum ingenia tractanda  
sunt, ut Christo lucrificant.*

**S**ed ingenium barbarorum, moreisque bellum-  
ni nobis stomachum mouent. Primum quidem debemus non esse nobis nec ipsi sapientes, sed humilibus, ut monet Apostolus, contentientes. Deinde repetendum est sedulò Christum pro *Rom. 11.*  
omnibus esse mortuum, ut qui vivunt non sibi *2. Cor. 5.*  
vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, sed quia

*C. 2 non*

*Clof. 3.**Hier. 21.**Pf. 35.**Amb. in  
Pf. al. 35.**Hiero. in  
Hier. 2.**31. &**Iacob. 3.**Greg. lib.**11. mor. 6.**3. Pf. 57.*

non hoc, vt par est, astimamus, idcirco charitas Christi non virget nos. Quid si pro barbaro, & Scytha mortuus est Christus, profecto à salute non alienantur homines, si dici potest, etiam irrationales, quod oportet etiam, atque etiam aduertere & animo altius inculpere. Non enim exigit amplius à quoquam Deus, quam illius natura Deo adiuuante praestare queat. Barbaros præ Græcis atque Indos nonnullos præ nostris si quis disipicat, nihil aliad ferè censat, quam præ hominibus rationalibus irrationalia iumenta. At utriusque Dei bonitas locum parat, utraque ad dominum suam congregat. Seminabo, ait, in Hierusalem, dominum Iuda, & dominum Israël semine hominum, & semine iumentorum. Vna est Ecclesia, que non solum propagatur humano semine, sed etiam belluino. Cuius magnificentia amplitudinem admiratus propheta exclamat, Quemadmodum multiplicasti misericordiam tuā Deus? Quid ita: Dixerat nempe homines & iumenta salvabis Domine. Quæ verba edidit sacerdos Ambrosius, Quid est homines & iumenta? Rationabiles utique & irrationalibes. Rationabilibus iustitia: irrationalibus misericordia. Alij reguntur, alijs nutriuntur. Quam interpretandi rationem ut per iumenta diuinæ literæ intelligent homines iumentis similes sensu, etiam Hieronymus sequitur, atque alijs patres, ut Gregorius in illa verba.

Animalia tua habitabunt in ea. Reuera in Ecclesia Christi etiam iumenta salvantur, quia Dei misericordia multiplicata est. Vides hominem, exigu sensus, ingenio tardum, iudicij inopem, ne contemnas, ne regno celorum ineptum putes,

*1.Cof. 2.*

tes. At non percipit qua Dei sunt, & statuita est illi quicquid spiritualiter dicatur, nec potest intelligere. Adhuc noli repellere, & istum potest ac vult salvare, qui neminem vult peire. Mysteria fidei pronuntiat, neque intelligit, imo vix etiam pronuncia: sapere dicendo, sapere inculcando nihil penè imbuitur, semper hebes, & truncus, perinde atque iumentum canere doceas. Rursus aio, ne deferves irrationalis est iumentum denique Æthiops aut Indus. Audi Ambrosium istos esse regendos verbi capitulo ad Fidem. Neque enim si satis ratione non potest capere, quæ docetur, non etiam poterit quantum sufficit Fide apprehendere, ut saluus fiat. Alioqui si non potest credere, ut illum oportet, quomodo qui non credit, condemnabitur? Nisi prædicatione Evangelij contendas damnari posse, saluum esse non posse. Quod impium nefas avertat Deus à Christiano. Certissime igitur retinendum est nullam barbariem, sensu carere ad Fidem necessari. Indi porro, omnibus conscientibus, non neque adeò ingenij ac sensus inopes sunt: quin potius, si velint animum appellere, acuti faci. At moribus, inquis, Indus est inuercundis, ventri, & veneri, sine reluctatione obsequens: superflitionis mirè obsecrator, & tenax. Et iti etiam salus est, si regatur. Chamo & fræno constringe maxillas, onera congruenter, adhibe, si opus sit, stimulum. Quid si calcitarit, noli iratus gladium adigere, sed pungo moderatè, & cohibe paulatim, donec se assuecat præbere obedientem. Nempe si equus tuus impingat calces, siue equitem dorso, seu frenum depulit ore, non statim

*Marc. 16**Pf. 31.*

**38 DE PROCYRANDA IN DORVM**  
statim ferro enecas , aut domo abiicis , propterā  
quod rem tuam , ac pretium pecunia tuae non  
vis tibi perire . Quod si homo doctrinam statim  
non accipiat , neque se docenti bene accommo-  
der , statim fastidiendus , aut exterminandus erit .  
Neque Christi pretium , & sanguis cogitabitur ?  
Seruilem planè naturam esse barbarorum expe-  
rientia magna ex parte docuit . Ac ferè nisi metus ,  
& vis aliqua afferatur , more puerorum , obedi-  
re contemnunt . Quid igitur : liberali tantum , &  
vixi ingenuo falso speranda est ? An etiam puer  
paedagogus in Christo adhibendus est ? Est planè ,  
est disciplina quadam cautor , & vigilior exer-  
cenda , & virga interdum vtendum , sed in Chri-  
sto , compellendi sunt intrare ad coenam , sed in  
Domino . Non enim qua ipsorum sunt , sed ipsi  
querendi . Scriptum est , virga , atque correptionis  
tribui sapientiam : puer autem qui dimititur vo-  
luntati sua , confundit matrem suam . Et rufus , ser-  
uus verbis non potest eruditri , quia quod dicis  
intelligit , & respondere contemnit . Ex alibi , Ci-  
baria , & virga , & onus asino : panis , & discipli-  
na , & opus seruo , operatur in disciplina , & qua-  
rit requiescere : laxa manus illi , & queret liber-  
tatem , id est , cum adhuc premitur opere , cogitat  
defidiam , quid erit , si se solutum , & vacancem  
viderit ? Fugam sanè cogitat , arque idèo adiungit  
iugum , & lorum curvant collum durum ,  
& seruum inclinant operationes assidua . Et mox ,  
mitte illum in operationem , ne vacet : multam  
enim militiam docuit oriofas . Ac licet præcepta  
hæc de moribus data à sapientibus de adminis-  
trando & regendo conuenienter vniuerso man-  
cipiorum

*Lxx. 14.  
Prou. 15.*

*Prou. 19.*

*Ez. 13.*

*Ibidem.*

## SALVTE LIBER L

39  
cipiorum genere perspicue loquantur , & verè :  
quod experientia quotidiana satis indicat in his  
regionibus , vbi nulla domestica obsequia , nulla  
externa opera nisi à seruis Äthiopibus sunt , quo-  
rum re vera mores disciplinam feueriorem , & af-  
fiduos labores exigunt : tamen de iis etiam acci-  
pienda sunt , qui , & si conditio seru non sunt ,  
ingenuos tamen mores non præ se ferunt . Etenim  
iūdem testimonii feueritatem rigidorem aduer-  
sus contumaces homines adhibendam , eti olim  
secus sensifer , tamen aperta experientia rei se  
commotum Augustinus profiteretur scribens contra  
Donatistas & Circumcelliones genus homi-  
num improbisissimum ac lacrimissimum . Illud autem  
ab eodem gloriose Parte saepe usurpatum , ma-  
gnopere ad rem pertinere arbitror : quemadmo-  
dum olim sub veteri testamento fuisse multos , qui  
ad gratiam noui testamenti pertinenter , id est , qui  
non spiritu seruitur in timore , sed spiritu dilec-  
tionis , ut Dei filij ducerentur : ita nunc quoque  
sub Euangelio in Ecclesia plurimos esse , quibus  
veteris testamenti status & institutio quadammodo  
congruat , homines magna ex parte animales  
& spiritum via habentes , Qui tamen à salutis  
via non propositus excluduntur , sed pro suo modo  
convenienter instituendi sunt . Docuit vero nos  
coelestis sapientia antiquum illum populum cer-  
uicorum diuabus maxime rebus fraternum , labore ,  
& metu : quod vtrumque seruorum est proprium .  
Laborem quidem & inexhaustam quandam oc-  
cupationem videre licet in multitudine sacrificio-  
rum , lotionum , vñctionum , rituum , obseruan-  
tiarum , ceremoniarumq[ue] omnium , ita his ut

*Epiſ. 50:  
ad Beniſ.*

## 40 DE PROCVRANDA INDORVM

detinerentur , vt vix idola sua & commenta cogitare sinerentur . Metum verò qua legis pagina non incuteret ? Vt terrore suppliciorum , & ipso saepius iam facto periculo ad præcepta salutis appellerent animum , & contentione deposita , Duplicibus suis dissererent obediere . Tale sanè erat eorum ingenium , meliora ac celiora non cape-

*Ezecl. 20.* ret . Quamobrem per Ezechielem Dominus ipse restatur . Eo quòd iudicia mea non fecissent , & præcepta mea reprobascent , & sabbatha mea violassent , & post idola parvum suorum suissent oculi eorum . Ergo , inquit , & ego dedi eis præcepta non bona , & iudicia , in quibus non viuent . Itaque Hebrei atque carnalis populi more maximè regendas esse nationes barbaras has , præsertim Aethiopum & Indorum Occidentalium gentes , vti & per occupationum assiduarum salutare onus ab otio , & libidine reuocentur , & per timoris incusfi frænum in officio contineantur , cum antiquæ etatis exempla , tum verò peritissimi cuiusque recens & quotidiana experientia

*Ectli. 33.* copiosissime , ac manifestissime declaravit . Hoc enim est lorum & iugum , quod sapiens commendat : hæc virga & onus . Hoc modo ad salutem vel iniuit compelluntur intrare . Quæ non eo commemorata sunt omnia , que vim & seuidiam à Christi vicribus alienissimam in Indorum nationes vlo modo probem , aut tanquam in seruos dominandum putem , sed vt ostendam etiam illiberali & difficili ingenio non esse salutem desperandam , si & patienter feratur , & sapienter regatur . Charitas omnia suffert , omnia sustinet , omnia sperat patiens est , benigna est . Seueritas ergo

## SALVTE LIBER I. 41

ergo quacunque exercenda est , à charitate aliena esse non debet , Charitatis porrò nihil est ita proprium , quam vt non querat , quæ sua sunt . Hanc si & animo intimè feruer , & re ipsa declarer , qui infirmorum , & insipientium morbis curandis auferiorem se le interdum exhibet medicum , nō est timendum ne hominum animos subditorum ita offendat , vt vel à se , vel ab Euangelica simplicitate alienet . Facile enim recuperat charitas , quos disciplina commouerit . Imo verò per veilem timoris vim ad libertatem filiorum paulatim homines diuinitus inducuntur .

## CAPVT VIII.

*Barbarorum ineptitudinem non tam à natura , quam ab educatione , & consuetudine profici.*

**A**ddam verò , id quod plurimum interesse arbitror , omnino ad istam ineptitudinem animi morumque Indorum feritatem non ita facere natum , stirpisve , aut aëris natuti causa , quemadmodum dicitur nam educationem , & coniuetudinem bestiarum vite non valde dissimilem . Equidem & olim ita mihi persuaderam , & rebus ipsis iam modo confirmatus ab ea sententia auctelli minime possum . Ac generaliter sanè si quis contemplatur , in humano ingenio longè plus efficit educatione , quam natuitas . Et si enim vim habet

non

*Tit. I.* non paruam genus , & patria , cum Apostolus Paulus Epimenidi Poëta subscriptar de Cretenis bus , Cretenses semper mendaces , malæ bestiæ , ventres pigri , tanquam ad morum perueritatem patria multum contulerit , notumque illud sit alterius Poëta .

*Horatius.* *Bæotum in eraſſo iurares æcres natum:*

Tamen infinitis partibus superat vite institutio , & exempla ab ipsa infanta per sensus inculpta rudi adhuc , & tenero animo . Sunt hæ viua forme mentis humanae , quibus imbuta ad appetendum , ad agendum , fugientiumve propria ac familiari proponet fertur , quemadmodum natura quevis iuxta formam sibi insitam operatur .

Quia propter illud Philosophi probant omnes , non afferre dolorem consueta , sed voluntatem : & consuetudinis vim , alteram esse naturam , & illud

*Aristot. 8.*

*Ethic.*

*Proh. 22.*

nostræ sapientis , Adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit , non recedet ab ea . Ac re vera nulla est tam barbara natio , nulla tam stupa- da , que si ab inuite ætate accurat , & generose educetur , non deponat barbariem , induat hu- manitatem , & morum elegantiam . Videmus , vel in ipsa nostra Hispania homines in pagis quibusdam natos , si apud suos perseverent , inceptos habeti , ac ridiculos : eodem traductos in scholas , aut Curiam , aut celebres vibes mira solertia , in- genio praestare , nemini cedere . Ipos Æthiopum liberos , quibus nihil apparet absurdius , in palatio enutritos , adeò promptos ingenio , & ad quid- uis paratos videas , ut si colorem detrahass , nostros putes . Plurimum potest consuetudo in omni ge- nere morum in viuamque partem , & boni , &c

mali,

mali . Quamobrem D. Chryſoſt̄ vbi mores perditos seruorum exposuit , parumque idoneos dixit ad virtutis doctrinam capſendā , sapientissimè adiunxit : Non id quidem naturæ causa , abſit verum propter conuerſationis vitæque negligē- riam , ſolent enim huiusmodi in iis , que mores tangunt , negligi à Dominis . Nihil enim ferme aliud curantij , in quorum potestate fūnt , quām ministerium ſuum . Quod ſi mores illorum componere aliquando ſtudeant , & hoc ſui gratia tantum faciunt , ne iſis negotia exhibeant , moleſtique ſunt . Que B. Pauli ſententia noſtrorum ho- minum vaticinatio mihi videtur : Accuſant natu- ram , moreſque barbarerum , iſpi nihil adhinent cura , niſi vt ſeruis vntant ad ſuas priuatas com- moditates . Que igitur ratione homines pecudum inſtar enutritos ad fidei doctrinam ineptos eſſe cauſari ? Si ipſe ita eſſes informatus , inter iſtos & te quid quoſ discriminis interefſet : Audi eu- dem Patrem in cauſa adhuc ſeruorum immor- tem . Cum igitur ſic negligantur , inquit , nemini nemque habeant , cui componendi illos , ac for- mandi ſtudium ſit , merito ad iſpa nequitie præ- rupta ac precipitia deuoluuntur . Si enim vbi Pa- ter inſtit , & Mater , & Pædagogus , & Nutritius , & Magiſter , & aequales , iſlaque libertatris opi- nio , & alia plurima , perdiſſile quipſiam ma- lorum contubernia conſortiaque deuitat , quid putas hiſ omnibus deſtitutos , qui quotidie ſceleſtis coſiſcentur hominibus , & cum quibus volunt licenter congregantur , cum ſit nemo , qui iſorum conuerſationem amicitiasque diſquirat ? Quid arbitris eiſeſmodi homines fore ? Nonne

ad

*In eadem  
Homil.*

44 DE PROCVRANDA INDORVM  
ad supremos scelerum vertices eiusuros? Idcirco  
difficile est profecto serum fieri bonum. Hacte-  
nus ille. Non ergo naturam barbarorum deinceps  
accusemus, sed locordiam potius nostram, & ne-  
gligentiam.

*Lege*  
*Chry. e.*  
*pist. ad*  
*Cer. b. 7.*  
*Greg. l. 9.*  
*Reg. c. 17.*  
*Aug. ep.*  
*64.*

Per difficile negotium est dediscere  
natales, & confuetudinem inueteratam, atque  
inde ad mores, & inusitatos, & sensu ac libidi-  
ni penitus iniucundos transformari. In omni anti-  
quitate fuit non metiocris labor Euangelij Ma-  
gistrorum in transferenda ad Fidei regulas, &  
conuerationem veteri hominum conuertidine.  
Tetris est historia vniuersa. Multa Iudaicæ legi af-  
fuetis Apostolica Ecclesia condonauit, vñque dum  
prositus exuti Mosem, Christum induerunt. Multa  
de Aethnicismo tolerauit antiquitas: in ipsis pri-  
meis Christianis magna aliqui miracula eden-  
tibus vix victimarum crux elui poterat, vt opor-  
tuerit Apostolum sapientia ea de te monere Corin-  
thios. Scribit Gregorius Papa ad Augustinum An-  
glorum primum Episcopum mores gentilicos, &  
patrios paulatim debere emendari, & patienter  
toleranda esse, que non possunt, ita facile corri-  
gi. Lectio omnium pene nationalium Concilio-  
rum indicat peculiarem sanctorum Patrum cu-  
ram in relegandis paulatim ritibus quibusdam  
maiorum. In Africa multa vñque ad suu tempora  
Augustinus perdurasse testatur. Ne igitur desperemus,  
aut tumultuemus, si de primitia barbarie,  
& superstitione, & animali vita in baptizatis Indor-  
orum populis multum adhuc permanere videa-  
mus, cum praesertim, & ipsorum ingenia rudio-  
ra sint, & nostra diligentia nullo modo cum ve-  
terum labore comparanda. Mores sensim mutan-  
tur

SALVTE LIBER I. 45  
tur in melius. Fides Christi magnam totius huma-  
ni sensus, & affectus habet abnegationem. Pro  
lucro non mediocri computandum est, quicquid  
ex tam horrida, tamque inulta barbaricæ huma-  
nitatis, aut etiam Christianitatis elueat. Exem-  
plu ac solatio si Dominus omnium, qui populi  
ceruicissimi mores adeò ingratos, & influues  
sustinuit per annos quadragesima, ino plusquam  
quadringtones: quem tamen, & delere facile  
poterat, & magnis potius beneficiis inuitabat, vt  
hominis improbitatem Dei patientia benignitas  
que superaret.

## CAPUT IX.

Quod linguae difficultas non deterrere de-  
beat ab Euangelij propagatione.

*1. Cr.*  
*14.*

Ermonis autem, & locorum difficultates non  
Sexigunt illa quidem sunt: sed vt charitatem  
exercant hominis Dei, non vt extinguant. Apo-  
stolis quidem datum scimus donum esse lingua-  
rum, propterea quod pauci Christi præcōnes to-  
to orbe falius nuntium breui infonare debebant.  
Quamobrem Paulus gratias agit Deo, quod om-  
nium lingua loqueretur. Quandiu vero generale  
illud munus spiritus in Ecclesia perdurari, neque  
apud veteres compertum lego, neque ego facilè  
dixim. Illud pro comperto habemus prædicati-  
onem Euangelij posterioribus faculis processi-  
se, cum linguarum dona cessarent, sed charitas  
omnium

## 46 DE PROCVRANDA INDO RVM

omnium donorum maximum studiosè ageret, vt  
quod debeat in dono, augeretur ad meritum. Pro-  
fecit enim posteriores hac in re, & si fecit aliis  
fortasse videbitur: non ita infeliciores fuere  
majoribus. Etenim ut Christus ad Thomam dixit,

Ier. 10.

Fidem ex oculis, & tactu colligentem, Beati  
qui non viderunt, & crediderunt: ita etiam dic-  
tere quispiam queat beatos eos, qui non accep-  
runt sermonem, & tamen praedicauerunt. Hic  
enim vtrunque mercedis est loco, & pugnare,  
& ipsa sibi arma expensis propriis parare: & pra-  
dicare inquam, & sermonem necessarium prædi-  
cationi dicere. Ut ergo in prima rerum condicio-  
ne, ita naturas instituit summus opifex, vt vnum-  
quodque perfectum ederet, iuxta genus suum,  
nullo terra labore, nullo cœli circuitu, mox iuf-  
fit semen proferre, vnde terra laborata genus  
vnumquodque repararet: ita fanè oportuit in re-  
generatione mundi per verbum idem omnipotens  
trens primas stirpes diuinitus perfectas surgere,  
deinceps harum seminibus accedente humano  
studij labore genus Euangelicum propagari, cum  
iam, & numero multi essent, & temporum non

Ier. 10.

premetentur angustias. Beati quidem oculi, qui  
viderunt Dominum: sed beati quoque qui non  
viderunt, & crediderunt. Felices quibus Spiritu-

Jean. 10.

sancus dedit donum linguarum, interpretationem  
sermonum: at non infelices, qui per  
charitatem spiritus de suo ponunt in opere Domini,  
quod non acceperunt. Quanquam, &  
hoc ipsum posuisse, accepisse est. Iam illud  
multum mouere nos debet, quod videmus ad  
genes profundi sermonis, & ignotæ lingue ho-  
mines

## SALVTE. LIBER I.

47

miles penetrare luci spē, nec deterteri barbarie  
immensa, sed vniuersa mercium graria lustrare,  
non Aethiopum innumerabiles linguis, non Sy-  
narum, non Tartarorum, non Brasilienstum, non  
extremi Oceani litora reculare, & quicquid in-  
ter Mendocinum Promontorium, & Frenum Ma-  
gellanicum situm est infinitis terre, ac mari, spa-  
tis, idque vtroque ex latere, & Boreali, & Au-  
strali, magno studio obire: denique, & si quem  
tellus extrema refusa summovet Oceano, vel si  
quem extenta plagaram, Quatuor in medio diri-  
mit plaga solis iniqui, hunc perscrutantur, huius  
linguae vel balbutientes se accommodant, vt au-  
rum, argentum, ligna pretiosa, mercesque ex-  
quisitas ad suos eueniant, quæstum vndique au-  
geant: tam longam, & periculosam peregrina-  
tionem audiſſime ſuſcipiunt, vt profecto admira-  
bile fit omnes pene portus vtriusque Oceani,  
omnes ſinus orbis terrarum stationibus nauum  
Hispaniensum teneri, omnes Indorum Satrapas  
cum noſtris mercatoribus & nautis commer-  
ciū habere. At qui pretioſſimas merces querim-  
us animas Dei imagine inſignes, qui lucra nou-  
incerta, aut brevia; fed æterna in cœlis speramus  
lingua difficultatem, locorum aperitatem cauſa-  
mū, vt appareat vere prudentiores eſcī filios hu-  
ijs ſaculi in generatione ſua filiis lucis. Et ſermonis  
quidem difficultas in hoc ſpatioſo regno Piru  
magna ex parte leuata eſt, cum generalis illa In-  
garum lingua, quam Quichuam vocant, vbiq[ue]  
in viu ſit, & ei ipsa non ardua ſcitu preſertim ad  
artem iam redacta diligenter, & studio viri de In-  
dorum natione optimè meriti. Quod ſi in ſupe-  
rioribus

Virg 7.  
Enaid.

Lue. 16.

rioribus prouinciis ea potissimum viget quæ appellatur Aimara, neque ipsa est valde difficultis, neque multum ab illa altera abhorrens. In Mexicano Regno auna esse lingua quoque generali, vt facilior sit communicatio inter se tam multorum populorum, & gentium. Quod si Christianus Princeps id effecisset in Christi gratiam, quod barbarus Guanacapa imperio suo effecit, vt una lingua omnes vterentur, aut una certe vbiique haberetur, profecto maximam predicationem Euangeli commoditatem fuisse allatorem. Verum vbi id fieri minus potest, superest, vt charitas ardens in Christum, industria, & labore perficiat, quod deest naturæ. *Quia* in re P. Francisci Xauerij admirabile extat exemplum, qui in perdidenda Malauarica lingua tantum operæ, & sudoris posuit, tantudemque in Iaponensi, atque aliis longè inter se diueris, ut si Apostolico dono linguarum prædictis esset, non posset maiore gloria Christi nomen in tanto terrarum orbe *Cor.13.* vulgare. Certe enim Charitas omnia potest & cum lingua cœlariint, una charitas pro omnibus est.

## C A P V T X.

*De Habitatione inter Indos.*

**I**NTER obiectiones supra propositas postrema petebatur ex incommoda habitatione barbarorum. Huic modo respondendum est hoc excepto

cepto quod quæstio illa grauis, Vtrum expedit fedem figere inter Indos, quod vulgo doctrinas tenere dicunt, an potius discurrendo inter eos verbum salutis disseminare, quod proprium est missionum, in suum locum referuanda est, vbi Deo proprio accurate tractabitur, & quid habeat commodi vel incommodi res vtraque, explicabitur, tum verò quibus incommodis melius ac facilius occurri queat. Illud tantum nunc agitur, vt neque alperitates locorum, neque impedimenta itinerum, neque verò habitationis ipsius indicæ ratio præpostera Christi seruum ab instituto retardent. Et quidem labores arduumque iter mari terraque facientium, & multæ, & graues sunt. Verum quis alter sibi persuaserit, nisi demens sit, cum patria, atque amicis, & charis omnibus relatis velut alter Abraham peregrinatur, & exit nesciens, quo eat? Ego inquit, ero merces tua magna nimis. Hoc Apostolicum opus, haec gloria propria. Et tamen qui misit suos sine finita, & facculo, & argento, quaerit ab ipsis, *Lue.22.* Nunquid aliquid debuit vobis? Nusquam diuina Prouidentia, neque certius, neque dulcius sui experimentum præberet, quam cum illius ope fretu incertas sedes, & humana præsidia incerta constituit experiri. Paulus Apostolus clamat, *Heb.12.* sunt mores sine auraria, contenti præsentibus. *Deut.31.* Ipse enim dixit, Non te deseram, neque de *Is.43.* reliquam, ita vt fidenter dicamus, Dominus *P.55.* & *117.* mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Iam vero quod de habitatione rara, & incommoda barbarorum multi caufantur, Pri-